

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Iurid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institutionum Iuris Iustinianearum
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Tit. IV. De Usufructu.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253

in nostrum Prædium derivatam avertere, sive ad
ferecipere. §. I. *J. b.* (3) *Altius non tollendi*,
quæ est Jus, quo prohibetur Vicinus Ædificium
suum altius tollere. §. I. *J. b. l. 7. §. 1. ff. commun.
præd.* (4) *Ne luminibus officiatur*, quæ est Jus,
quo prohibetur Vicinus quævis Lumina nostra-
rum Ædium reddere deteriora. §. I. *J. b. l. 4. l. 15.
l. 16. ff. d. S. P. U. j. l. 33. ff. eod.*

IV. *Servitus realis requirit duo Prædia* 1) *di-*
versorum Dominorum. §. III. *J. b. j. l. 26. ff. d. S. U. §. 3. I. h.
P.* 2) *Vicina Ratione Utilitatis* dominantis Præ-
dio conciliandæ. *L. 7. §. 1. ff. commun. præd.*

V. *Servitus realis constituitur Voluntate Domi-*
ni vel expressa vel tacita. *Expressa* vel *inter*
Vivos, *Pactis & Stipulationibus*, §. IV. *J. b. j. l. 136. §. 4. I. h.
§. 1. ff. d. V. O. accedente quali Traditione. l. f. ff. d.
servit. j. L. 20. C. de pact. (f)* vel *ultima Volunta-*
te, hac *Servitus nostra realis* constituitur ipso
Jure; *d. §. j. l. 19 §. 1 ff. quemadm. serv. am. Tacita*
Voluntate: ut *Præscriptione*, *Jure Civili* lon-
gi *Temporis*, 10. *Ann.* inter præsentis, 20. inter
absentes: *l. f. C. d. præscr. long. temp. Jure Saxo-*
nico 31. *Ann.* 6. *Sept.* & 3. *D. a. §. 1. l. 1. a. 29.*

TIT. IV.

De Usufructu.

Definitio.

USUFRUCTUS est jus alienis rebus utendi *Ex Paulo*
fruendi, salva rerum substantia. Est autem *l. 1. §. Celsi*
l. 2. ff. b. t.

(f) *Traditionibus & Usucapionibus Jura in Re, non*
nudis Pactis, transferuntur. a. L. 20. C. d. pact.

L

jus

ius in corpore: quo sublato, & id ipsum tolli necesse est.

Quibus modis constituatur.

2. Ususfructus a proprietate separationem recipit: idque pluribus modis accidit. Ut ecce, si quis usumfructum alicui legaverit; nam heres nudam habet proprietatem, legatarius vero usumfructum. Et contra, si fundum legaverit deducto usumfructu, legatarius nudam habet proprietatem, heres vero usumfructum. Item alii usumfructum, alii deducto eo fundum legare potest. Sine testamento vero si quis velit usumfructum alii constituere, pactio-
Ex Cajo l. 3. pr. §. 2. ff. de b. s. bus & stipulationibus id efficere debet. Ne tamen in univ-
 2. ff. de b. s. ersum inutiles essent proprietates semper abscedente usumfructu; placuit certis modis extingu-
 2. ff. de b. s. iui usumfructum, & ad proprietatem reverti.

Quibus in rebus constituatur.

Ex cod. d. l. §. 1. ff. de b. s. 2. Constituitur autem ususfructus non tantum in fundo & ædibus, verum etiam in servis & jumentis, & ceteris rebus, exceptis iis, quæ ipso usu consumuntur. Nam hæ res neque naturali ratione, neque civili recipiunt usumfructum: quo in numero sunt vinum, oleum, vestimenta: quibus proxima est pecunia numerata. Namque ipso usu assidua permutatione quodammodo extinguitur. Sed utilitatis causa Senatus censuit, posse etiam earum rerum usumfructum constitui: ut tamen eo nomine heredi utiliter caveatur. Itaque si pecuniæ ususfructus legatus sit, ita datur legatario, ut ejus fiat, & legatarius satisfacet heredi de tanta pecunia restituenda, si morietur, aut capite minuetur. Ceteræ quoque res ita traduntur legatario, ut ejus fiant: sed æstimatis his satisfacatur, ut si morietur, aut capite minuetur, tanta pecunia restituatur, quanti hæ fuerint æstimatæ. Ergo Senatus non fecit quidem earum rerum usumfructum, (nec enim
 2. ff. de b. s. enim

enim poterat,) sed per cautionem quasi usufructum constituit.

*usufr. ear.
rer. qua
us. cons.*

Quibus modis finiatur.

3. Finitur autem usufructus morte usufructuarii, & duabus capitis deminutionibus, maxima & media, & non utendo per modum & tempus. Quae omnia nostra statuit * Constitutio. Item finitur usufructus, si domino proprietatis ab usufructuario cedatur: (nam cedendo extraneo, nihil agitur,) vel ex contrario, si usufructuarius proprietatem rei adquisierit: quae res consolidatio appellatur. Eo amplius constat, si aedes incendio consumtae fuerint, vel etiam terrae motu, vel vitio suo corruerint, extinguí usufructum, & ne aerae quidem usufructum deberi.

*Hunc S. &
sequ. repe-
te ex tit.
quib. mod.
usufr. vel
us. amitt.
* v. L. per
C. h.*

Si finitus sit.

4. Cum autem finitus fuerit totus usufructus, revertitur scilicet ad proprietatem, & ex eo tempore nudae proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem.

I.

Servitus personalis est, quae Personae debetur.
a. l. 4. ff. d. serv. praed. rust. Estque vel plena; ut Usufructus, die Frucht, Messung, vel minus plena; ut Usus & Habitatio. *Usufructus est Facultas utendi fruendi Jure Servitutis competens. L. 5. ff. si usufruct. pet. (a)* Dispescitur in verum, atque is describitur, quod sit Jus alienis Rebus utendi fruendi, *salva rerum Substantia, PR. 7. b. §. II. J. cod. add. §. I. vid. n. 2. & quasi Pr. I. h.* *Usufructum, hic est Jus utendi fruendi Re, quae fuit aliena, & Usu consumitur, ea Lege, ut fini-*

(a) *Res propria nemini servit. L. 5. ff. si usufr. pet.*

to Usufructu Res in Genere, vel ejus Æstimatio, restituatur. §. II. *J. b.* Illius Exemplum est *Jur. Sax. El.* in Proventibus Partium metallicarum, *P. 3. C. El. 25.* Jure Civili etiam in Vestimentis quotidianis. §. II. *J. b.* *Quasi Ususfructus finitur* Morte naturali & civili, nempe Capitis Deminutione maxima & media tantum. §. II. *J. b. l. 9. l. 10. ff. d. usufr. ear. rer. Res in quasi Usufructum concessa repetitur* aut in Genere aut ejus Æstimatio, §. II. *J. b.* & quidem, cum præstita Cautio non est, Conditione sine Causa, *a. l. 5. §. 1. ff. eod.* si intercessit Cautio, Actione ex Stipulatione descendente, v. g. datis Fidejussoribus, *a. l. 10 §. 1. ff. eod.* aut, intercedente pacto, hodie Conditione ex Moribus.

II. *Ususfructus constituitur vel ultima Voluntate:* ut Legato e. g. si quis leget alicui (1) Usufructum, §. I. *J. b. l. 25. ff. d. V. S.* (b) (2) Fundum deducto Usufructu, *d. §. j. l. 19. ff. d. Us. & Usufr. leg.* (3) Usufructum, alii deducto eo Fundum; *d. §. vel inter Vivos, Pactionibus & Stipulationibus, §. I. J. b. accedente Traditione. a. l. 3. ff. d. O. & A. j. l. 20. C. d. pact. l. 7. ff. d. usufr. ear. rer.*

III. *Finitur verus Ususfructus* (1) Morte Usufructuarii naturali & civili, maxima scilicet, mediaque Capitis Deminutione; §. III. *J. b. e. g. Banno Imperii, O. C. Part. 2. t. 9. §. 2.* (2) *Non utendo per Modum* §. III. *J. b.* in Constitutione

(b) *Totum meum est, cujus non potest ulla pars dici alterius esse. L. 25. ff. d. V. S.*

defi.

definitum, a. l. 10. §. i. ff. quemadm. serv. am. & Tempus, §. III. *J. b.* quod est Decennium inter presentes, Vicennium inter absentes. l. 13. *C. d. servit. l. f. C. d. prescr. long. temp. j. l. 16. §. i. C. h. jure Sax. 31. Ann. 6. Sept. & 3. D.* (3) *Cessione facta Proprietario*; Idem obtinet cum Proprietatem Rei Usufructuarius acquirit: Tum enim fit Consolidatio; §. III. *J. b. j. L. 5. ff. si usufr. pet.* Item *Cessione facta extraneo* abdicandi Animo: Tum enim nihil agitur, quoad Translationem Juris Usufructuarii, & Ususfructus interit. §. III. *J. b. j. l. 66. ff. d. jur. dot. L. 15. ff. fam. herc.* Hodie id non ubique, maxime si defecerit Dolus, attenditur: Perceptionem autem Fructuum impune transferre licet. l. 12. §. 2 l. 38. ff. d. usufr. (4) *Rei Interitum totali*, sive *naturali*, e g. *Ædium* per Incendium, *Prædii* per Terræ Motum: §. III. *J. b.* Nam est Jus in Corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est; *PR. J. b.* sive *civili*, ut Publicatione. a. l. 63. §. f. ff. pro soc. (c)

IV. Ususfructus dissolutus operatur, ut Dominus nudæ Proprietatis incipiat plenam in Re habere Potestatem §. IV. *J. b.* quæ Consolidatio, v. l. §. 4. l. h. 26. ff. d. us. & usufr. leg. nisi certis Modis fieret, inutilis esset Proprietas. §. I. *J. b.*

TIT. V.

De Usu & Habitatione.

Communia ususfructus & usus.

Isdem illis modis, quibus ususfructus constituitur, etiam nudus usus constitui solet: iisdem- *Ex Cajo l. 1. §. 1. ff. h. t.*
 (c) *Ususfructus a Personis recedere non potest sine Interitu sui.* L. 15. ff. fam. herc.

L 3

que